

13

De Hypallage.

Quando pati quod agit, fero, contrave, Hypallage habetur.

Hypallage est, cum inverso rerum ordine aliquid improprie dicitur: v. gr. tradere rati ventos; debiendo decir: tradere ratem ventis. Virg. Æn. 3: *Et dare classibus austros*: dijo en dativo lo que habia de ser acusativo, y al contrario; debiendo decir: *et dare classes austris*.

Ibant obscuri sola sub nocte per umbras (Idem Æn. 6). Debió decir, si no fuera por la hipálage: *ibant obscura soli sub nocte per umbras*. Ovid. de Pont. 1, Eleg. 5: *Jam mihi deterior canis aspergitur ætas*; id est, *ætate ego aspergor canis*.

14

De Prosopopeja.

Fingere personam res est percrebra poetæ.

Prosopopeja est fictio personæ, quoties animatum ad inanimatum, vel inanimatum ad animatum loquitur.

Cuando el viviente habla al no viviente. Ovid. Trist. lib. 1, Eleg. 1:

Parce (nec invideo) sine me liber ibis urbem:
Hei mihi! quò domino non licet ire tuo.

O cuando el no viviente habla al viviente: Idem lib. 3, Eleg. 1:

Nisus in hanc venio timidi liber exulis urbem:
Da placidam fesso, lector amice, manum.

15

De Polysyndeto.

Copula multiplicata facit Polysyndeton, usque.

Polysyndeton est oratio, quæ conjunctionibus abundat: v. gr.

Tectumque, laremque,
Armaque, amyctæumque canem, cresamque pharetram.
(Virg. Geörg. 3.)

16

De Euphonia.

Ob pulchram vocem quid factum, Euphonia fertur.

Euphonia est mutatio quæpiam venustioris soni gratia. Lo cual se hace, ó quitando letra de la dición: v. gr. *coemo* y *coerceo*; ó añadiendo letra: v. gr. *ambio*, *superbio*; ó mudando letra: v. gr. *Tidides*, en lugar de *Tydides*, *adnosco*, en lugar de *agnosco*, para la buena sonancia y dulzura de la voz, mudando la *g* de *ignosco* en *d*.

17

De Antitheto.

Antitheton set quoties contraria neces.

Antitheton est figura, qua contraria contrariis, et singula singulis opponuntur: v. gr. Ovid. Met. lib. 1:

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.
(Cic. ad Brutum.)

Otras muchas figuras se omiten por no causar confusion al estudiante gramático, las que pueden verse en Calepino.

SENTENCIAS

SACADAS DE LAS OBRAS DE LOS SANTOS PADRES,

De los autores latinos, así poetas como oradores, historiadores y filósofos, las cuales (además de otras muchas que se han dicho en los adagios) son muy necesarias al Gramático perfecto para saber vivir bien é instaurar su vida.

AD LECTOREM.

Hæc succinta licet, brevibusque reposta, docebunt
Qui vitam formes, instituasque tuam.

A

Ab illo expectes, alteri quod feceris.

Ab improbis irrideri, laudari est.

Abscondi Deo nihil potest.

Abrogata fide, societas humana tollitur.

Abundat virtutibus, qui virtutes alienas amat.

Acerba audire tolerabilius est, quàm videre.

Accipere si non esset, nullus esset malus.

Actio non datur contra patrem.

Ad Deum nisi virtutes referantur, vitia sunt.

Ad ducis laudem subjectorum pertinet virtus.

Adolescentes à lascivia sevocare difficile bellum.

Adolescentibus præsertim fugienda est occasio mali.

Ad principia non est ratio.

Affectuum omnium capita sunt delectatio, et dolor.

A laboribus continuis danda est quædam respiratio.
 Alia ex aliis eveniunt.
 Aliena vitia in oculis habemus, nostra à tergo sunt.
 Amantes pacem amant Deum, qui est auctor pacis.
 Amandus est generator; sed creator præponendus est.
 Amantium ira redintegratio amoris est.
 Amicus est, qui amat, et è converso amatur.
 Amicus certus in necessitate cernitur.
 Amicorum bona sunt communia.
 Amicitia est jucundissima, quam morum similitudo conjugavit.
 Amicitia pauperum certior est, quàm divitum.
 Amici multi, amicus nemo.
 Amor hominibus furor est.
 Amor tenebras infundit.
 Amores, et divitiæ celeriter florescunt.
 A mortuo non expectes sermonem, nec ab avaro gratiam.
 Animo post Deum nihil melius.
 Animæ, et corporis dulce consortium.
 Animæ patria est ipse Deus.
 Animæ oculus mens est; et pes est amor.
 Animi vitia totidem sunt, quot virtutes.
 Animo malè affecto sermones sunt medicinæ.
 Animum abducere à consuetudine oculorum, difficillimum.
 Ante lucem creatam Deus non fuit in tenebris.
 Apparet virtus, arguiturque malis.
 Arguendo et disputando veritas invenitur.
 Armorum exitus semper incerti, et timidi.
 Ars circa difficilia sit semper, et virtus.
 Assidua stilla cavat saxum.
 Assuetudo mali animos effert.
 Astrictus nuptiis, non ampliùs liber est.
 Avarus semper est pauper.
 Audire non solùm debemus, sed imitari.
 Audire volentis est, sustinere nolentis.
 Auctoritas rationem præcedit.
 Auro loquente, nil pollet quævis oratio.

B

Barbaries est grandis, habere nihil.
 Bellum dicitur, quia est duellum.
 Bellum à belluis nomen mutuari potest.

Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adjuncto malo.
 Beatus esse sine virtute nemo potest.
 Beneficium, et gratia vincula sunt concordia.
 Beneficium qui dicit se dedisse, petit.
 Benè dicere ad paucos, benè vivere ad omnes pertinet.
 Benevolentiam conciliat malorum societas.
 Benevolentiam maximè benignitas conciliat.
 Benignus es, sum pudicus, falsum est.
 Benè moritur, quisquis moritur, dum lucrum fuit.
 Benè vivere melius est, quàm vita.
 Benè qui latuit, benè dixit.
 Beneficia Dei omnibus horis consideranda sunt.
 Bestiæ non gerunt cum suo genere bella.
 Bis peccat, qui peccanti obsequium accommodat.
 Breve ætatis tempus, longum satis ad benè vivendum.
 Brevissima ad divitias per contemptum divitiarum via est.
 Bis est malus, qui de benemerente dicit malè.
 Bona corporis facilè dilabuntur.
 Bona corporis propriè non sunt bona.
 Bona clarescunt cum malis comparata.
 Bona facere virtus major est, quàm mala non perpetrare.
 Bona natura appetimus.
 Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.
 Boni aut mali naturæ efficimur.
 Bonus animus in re mala dimidium est mali.
 Bonus sermo secreta non quærit.
 Bonus odor ex virtute est, sicut malus ex vitio.
 Bonum, quod honestum, malum, quod turpe est.
 Bonis nocet quisquis pepercit malis.
 Bonorum adversitas non est ira Dei, sed admonitio.

C

Calcanda semel via lethi.
 Cæcus amor nonnunquam admiratur neglecta.
 Canis timidus vehementiùs latrat, quàm mordet.
 Canities indicatio temporis est, non prudentiæ.
 Canities senectutis venerabilis est.
 Causa prior est eo, cujus est causa.
 Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
 Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.
 Cedere temporibus sapiens vir debet iniquis.

Certa amittimus, dum incerta petimus.
 Cibus mentis est cibus Dei.
 Citò nata, citò pereunt.
 Civitas in seditione non potest esse beata.
 Cibus immodicus et animæ, et corpori nocet.
 Civitates quò majores, eò deteriores.
 Cibus non qui plurimus, sed qui suavissimus.
 Cibus, ut famis medicamentum, sumitur.
 Communis est tristitia, ubi communis est causa.
 Cogitationes obscœnæ omni bestia ferociore.
 Cogitationis peccatum contraria cogitatione dissolvitur.
 Conscientia grave pondus.
 Condimentum cibi fames est, potionis sitis.
 Cœlestia qui spectat, humana contemnit.
 Contemnere omnia quisvis potest, omnia habere nemo.
 Cœpisse multorum est, perficere autem paucorum.
 Conjectura est semiplena probatio.
 Corpora nostra vasa fictilia sunt.
 Corporis nostri præsentia Dei providentiam loquitur.
 Corpus si non reficitur, vox ipsa subtrahitur.
 Corripit Deus, quem diligit.
 Consensus species tacere est.
 Concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur.
 Conveniunt rebus nomina sæpè suis.
 Consiliarius bonus est, qui sibi consulit.
 Consilium bonis datur, correctio errantes coercet.
 Consilium in rebus arduis non debet esse præceps.
 Consilium non est de fine, sed his, quæ sunt ad finem.
 Consilium scelera non habent.
 Consuetudo est altera natura.
 Corpus ligetur ferro, vel auro, nihil refert.
 Contumeliam efficere muliebri est.
 Corruptunt bonos mores confabulationes pessimæ.
 Conversatio optima Deum lætificat.
 Cordis pii est cedere importunitati.
 Crescente honore, sollicitudo crescere debet.
 Crescentem pecuniam cura sequitur.
 Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
 Copia fastidium parit.
 Cum fortuna statque caditque fides.
 Cupiditas pecuniarum omni tyranno gravior.

Cura pecuniarum est animi morbus.
 Cura curam trahit.
 Curia pauperibus clausa est, dat census honores.
 Cursus virtutis celerior est, quàm ætatis.
 Cùm ventum est ad senectam, frustra adolescentiam repetes.
 Custos vitæ hominum temperantia est.
 Crura sonant ferro, sed canit inter opus.
 Clarior post nubila Phœbus.

D

Damnati sumus ex nobis, liberati autem ex gratia.
 Dare Deo, accipere est.
 Data non apto tempore vina nocent.
 Decet licere minimum, cui multum licet.
 Decor animi duplex, innocentia et humilitas.
 Decus hominis ingenium est, ingenii lumen loquentia.
 Dedecus est semper sumere, nilque dare.
 Deficiente causa, deficit effectus.
 Delicti cessatio, radix est veniæ.
 Delictis, et voluptate juvenus facilè intercipitur.
 De præteritis non est quærendum.
 Deformis sim potius, quàm pulcher, et malus.
 Desinit esse proprium, quod commune alteri est.
 Deus eligit, quos mundus despicit.
 Deus facientes adjuvat.
 Deo dat, qui pauperi dat.
 Deus ignorare non potest qua mente quisque sit.
 Deus mutat sententiam; consilium verò immotum manet.
 Deum nemo videt, eum visuri tamen sumus.
 Deus non placatur muneribus, sed affectu.
 Deus nos consolatur, ut alios consolemur.
 Deus non solum donis, sed flagellis nos erudit.
 Deus sæpè quem diligit, à vita citiùs aufert.
 Deus maledicit, et maledicere homo prohibetur.
 Deus vult placari precibus.
 Deus imago vitæ, nox mortis est.
 Dies singulos, singulos dies putemus.
 Difficile est tacere, qui dolet.
 Difficilia sunt, quæ præclara.
 Difficile est crimen non prodere vultu.

Difficulus eraditur, quod rudes animi perbiberunt.
 Dignum laude virum musa vetat mori.
 Dignitatibus viri dandi, non viris dignitates.
 Dilatari oportet animam, ut fiat habitatio Dei.
 Diligentiae adjiciuntur omnia.
 Disparis mores disparia studia sequuntur.
 Disce diu, quod doceas.
 Disciplina mores facit.
 Dimidium facti qui bene cepit, habet.
 Disputatio ad iudicium pertinet.
 Diversitas opinionum est causa litis.
 Dives verè est, qui in Deo dives.
 Divites, et potentes non subjiciuntur, nec subjici volunt.
 Dives est, qui nihil cupit.
 Divites aliorum paupertate probantur.
 Divitiæ vitii magis, quàm virtutis ministræ.
 Diversa sunt hominum studia.
 Divitiarum fragilis est gloria.
 Divinam justitiam post peccatum non timere periculosum.
 Diurna quies vitii alimenta ministrat.
 Dolor immodicus animam demergit.
 Dolor membrorum totam in se cogitationem rapit.
 Dolendum cuique non est, quod multis accidit.
 Donec eris felix, multos numerabis amicos.
 Dulcior est religiosa castigatio, quàm blanda remissio.
 Duo nos maximè movent, similitudo, et exemplum.
 Dulce mori miseris, sed mors optima recedit.
 Duplum quàm alii vident, qui litteras didicerunt.

E

Ea pueri discant, quibus sunt senes usuri.
 Enumerat miles vulnera, pastor oves.
 Effugit immodicas parvula puppis aquas.
 Egens est, qui satis non habet, et is cui nihil satis esse potest.
 Egressus malitiæ virtutis operatur ingressum.
 Eiusdem juris esse debent, qui sub eodem rege victuri sunt.
 Emendatio nulla, ubi nullus est metus.
 Eò virtus pluris aestimanda, quò plura contemnit.
 Error in principio parvus, in fine maximus fit.
 Error in pluribus est, correctio autem in paucis.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo.
 Est hominum naturæ maximè inimica crudelitas.
 Est homini cum Deo rationis societas.
 Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.
 Est modus in rebus, sunt certi denique fines.
 Est virtus tanta res, ut impugnantes illam admirentur.
 Est aliquid fatale, malum per verba levare.
 Et genus, et formam regina pecunia donat.
 Et pace, et bello cunctis stat terminus ævi.
 Ex adversis secunda, ex secundis adversa noscuntur.
 Ex falsis non sequitur verum, ex veris nil nisi verum.
 Exemplum à malis unquam sumitur.
 Ex humilitate vera secuta nascitur auctoritas.
 Ex pessimo genere nec catulus habendus.
 Exitus acta probat.
 Eximia est virtus præstare silentia rebus.
 Expulsa nube, serenus fit sæpè dies.
 Exilium ibi est, ubi virtuti non est locus.
 Exercitus sine duce est magna sine capite bestia.
 Ex ordine rerum Deus cognoscitur.
 Exemplum Dei quisque est in imagine parva.
 Ex vitio alterius sapiens emendat suum.
 Exultat levitate puer, gravitate senectus.

F

Facere injuriam pejus est, quàm pati.
 Facilis ad jurandum, parum pietatis habet.
 Facile est inventis addere.
 Facilius est consuetudinem mutare, quàm naturam.
 Facta verbis difficiliora sunt.
 Facile redit in gratiam, qui invitatus odit.
 Falsa laus adulatio est.
 Fames, et frigus miserima genera mortis.
 Fama nostra ex multorum sententiis pendet.
 Familiaritas nimia contemptum parit.
 Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.
 Facillimè vivit, qui paucis contentus est.
 Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit.
 Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.
 Felix qui patitur, quæ numerare potest.

Fertilitas nimia sæpè nocet.
 Fertior seges est alienis semper in agris.
 Ficta ad naturam suam citò redeunt.
 Fides in hominibus rara est.
 Filia est possessio laboriosa patris.
 Filii mares columnæ sunt familiæ.
 Filius petulans præcepta patris contemnit.
 Finis, non solum est ultimum rei, sed optimum.
 Finiti ad infinitum nulla est proportio.
 Fortuna ferenda est, præsertim quæ abest à culpa.
 Fortuna sæpè indignis munera sua largitur.
 Fortuna volubilis est, et vaga.
 Fortuna vitrea est, cum splendet, frangitur.
 Forma cadit, vino corrumpitur ætas.
 Fortuna morbo deflorescit, et vetustate extinguitur.
 Fors in armis plus potest, quam ratio.
 Frequens usus magistrorum præcepta superat.
 Fronte, atque vultu simulatio sustinetur.
 Fraudis, et perfidiæ omnia plena sunt.
 Fortunam nemo vitare potest.
 Frustra parat opes, qui veris animi bonis vacat.
 Frater à fratre protectus, urbs est fortis.
 Frustra sperat, qui Deum non timet.

G

Gaudere in calamitatibus aliorum, non est hominum.
 Gaudebis minus, et minus dolebis.
 Gaudium malorum stultitia est.
 Gaudium privatum vanum est.
 Gaudium solummodo verum, quod de Creatore concipitur.
 Gaudia principum nostri sunt sæpè doloris.
 Gloria inanis ubique tenet arcem.
 Gloriam non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem.
 Gloria per præcepta ardua vadit iter.
 Gloria virtutem tanquam umbra sequitur.
 Gloria labores sequitur.
 Gloria concupiscens non cogitat de labore.
 Gloriari si cupis, gloriam despice.
 Gloriam qui non quærit, dolet, cum inglorius fuerit.
 Gloriæ et virtutis invidia est comes.

Gloriæ et virtuti invideri maximè solet.
 Gloriæ studium voluptatum excutit amorem.
 Grandes materias ingenia parva non sustinent.
 Grata difficilius est, quam utilia, dicere.
 Gratia, quæ tarda est, ingrata est.
 Gratia indignos nequaquam tangit.
 Gratiam referre amico vero, ingrati tudinis est.
 Grandia cum minimis mors ferit ense pari.
 Gratias agere Deo possumus, referre non possumus.
 Gratitude pauperis nunquam perit.
 Gratitude nostram Deus amat.
 Grave est juventuti Christi jugum.
 Graves pœnæ exempla dicuntur.
 Gutta cavat lapidem, non bis sed sæpè cadendo.

H

Habent parvæ commoda magna moræ.
 Habent sua verba miseri, sua verba felices.
 Habet delectationem præteriti doloris secreta recordatio.
 Habere pacem cum bonis mali non possunt.
 Hi solum docent, qui causas de singulis docent.
 Heu malè ab obtenta pellitur arte malum.
 Hoc boni habet cæcitas, quod sua mala non videt.
 Hodie semper est.
 Hoc possumus, quod jure possumus.
 Homo cæteris animantibus longè præstat.
 Homo frugi omnia rectè facit.
 Homo naturæ obediens, homini nocere non potest.
 Homo cum se ipsum ignoret, omnia cognoscere cupit.
 Homo in se ipso Deum cognoscit.
 Homo sine crimine potest esse, non autem sine peccato.
 Homo nihil, quam ipsa calamitas est.
 Homo ad laborem natus est, non ad laborem creatus.
 Homines discunt, cum docent.
 Homines naturaliter valdè pingues, parum generant.
 Hominem senescere est via in corruptionem.
 Homini crescenti non adduntur anni, sed subtrahuntur.
 Homini fortunato vita est brevis, infortunato longa.
 Homines ut in pluribus sunt mali, in paucioribus autem boni.
 Hominis mens discendo alitur.

Hominum est errare, sed ferinum perseverare in errore.
 Honor, qui de amore non venit, non honor, sed adulatio est.
 Honori comes invidia est.
 Honorum ambitio miserrima est.
 Honorans alios, se ipsum honorat.
 Honores ignavis multam perniciem afferunt.
 Hostem in se nutrit, qui filiis nimis indulget.
 Hostium dona non sunt dona.
 Hypocrita græcè dicitur, latinè simulator.
 Hypocrita non appetit sanctus esse, sed vocari.
 Hypocrita putat sua opera perdidisse, si à nemine conspiciatur.
 Hypocrita vivit aliis, et sibi moritur.
 Hypocritarum opera ante finem deficiunt.

I

Ignavia est Reipublicæ maxima pestis.
 Ignorantia sæpè judicis fit calamitas innocentis.
 Ignorare vilia melius est, quàm ea scire.
 Ille clarus, ille nobilis, qui vitiis non servit.
 Impatientia malum malo cumulat.
 Impœnitentia cordis est peccandi obstinata voluntas.
 Impia sub dulci melle venena latent.
 Imperator leges ferat, quas primus ipse custodiat.
 In dicendo non tam copia, quàm modus quærendus est.
 In animis hominum multæ sunt latebræ, multi recessus.
 In duobus malis minor est eligendus.
 Inimici diligendi sunt, sed cavendi.
 Inimicus, ut homo, diligendus est.
 In externis locis mitior est ad facinus verecundia,
 Ingenio stat sine morte decus.
 Ingenium fuerat quondam pretiosius auro.
 Incontinens lingua turpissimus morbus.
 In maxima fortuna minima licentia est.
 In pretio pretium nunc est, dat census honores.
 Interdum lacrymæ pondera vocis habent.
 Inter pares nulla potest esse æmulatio.
 Initium est salutis cognitio peccati.
 Instar totius vitæ dies est.
 Inter corpus et animam nullum est medium.
 Intra fortunam debet quisque manere suam.

Invidus alienis rebus marcessit opimis.
 Invidia ad posteros non perveniet, virtus ad eos durabit.
 Invidia est ægritudo ex alterius rebus secundis.
 Invidia de superbia nascitur.
 Invidia virtute parta, putanda est gloria, non invidia.
 Invidet et cantor cantori, et egenus egeno.
 Ipse jubet mortis nos meminisse Deus.
 Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.
 Ira et vini amor sunt omnibus perniciosi.
 Inter fratres substantia major, majoris est causa discordiæ.
 Irus et est subito, qui modo Cræsus erat.
 Irascens peccatis misericors est.
 In verbis amanda sunt vera, non verba.
 Interrogare multa non est scire.

J

Judex non potest gratificari omnibus.
 Judicis semper est verum sequi.
 Jucunda et suavis est præteritorum malorum memoria.
 Judicium non ex pulchritudine, sed ex moribus facias.
 Juramentum qui à malo viro postulat, insanit.
 Justitia, et virtus omnium est regina virtutum.
 Juventus otiosa omni bestia immanior.
 Juventus per se ipsam ad ruinam proclivis est.

L

Labor assiduus hominibus sapientiam dedit.
 Labor omnia vincit.
 Labor corrigit malos mores.
 Labore miles proficit, otio consenescit.
 Latroni et insidiatori nex injusta non potest afferri.
 Lacrymæ infantium testes sunt nostræ miseræ.
 Laus in ore proprio vilescit.
 Laudes humanæ apparent, et evanescent.
 Laudare se, vani est, vituperare stulti.
 Laudare præsentem, adulatoris est.
 Lætitiâ quæ habent, extra nos sunt.
 Leges silent inter arma.
 Lex omnium artium ipsa veritas,
 Lex imitatio est veritatis.

Leges conscientiam punire non possunt.
 Leges in plebem vim habent, in potentes mutæ.
 Leve est onus beneficii gratia.
 Lectio tunc utilis, cum facimus ea, quæ legimus.
 Legendi semper occasio est, audiendi non semper.
 Libros paucos legere utilius, quam multos habere.
 Liber est, quem conscientia non accusat.
 Libertas ubi non est, nec meritum.
 Lingua errans interdum vera dicit.
 Lingua mali pars pessima servi.
 Libenter credunt homines id quod volunt.
 Lingua non discrepat à mente.
 Lingua eadem optima est, et pessima.
 Linguam compescere virtus non minima est.
 Lingua detractoris vipera est.
 Lis est cum forma magna pudicitia.
 Liberi intra fores increpandi sunt.
 Litteræ sunt hominis pulcherrimæ divitiæ.
 Loca non viros honoratos, sed viri loca faciunt.
 Loqui ignorabit, qui tacere nescit.
 Loquentibus pauca, paucis legibus opus est.
 Longos dies animo superbi sibi proponunt.
 Longa non est oratio, quæ ordinata est.

M

Magna illecebra est peccandi impunitatis spes.
 Magna est res scire vivere, major scire mori.
 Mala consilia pares eventus sequuntur.
 Mala mens, malus animus.
 Malè parta, malè dilabuntur.
 Mala radices altiùs arbor agit.
 Malus, quod est malum, non putat esse malum.
 Malos qui percutit, non est crudelis, sed Dei minister.
 Malum ex nobis facimus, bonum ex solo Deo.
 Malorum esca voluptas.
 Mali semper timidi.
 Malum est facile, bonum difficile.
 Majus ab exequiis nomen in ora venit.
 Major quippe venit comitata labore voluptas.
 Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.

Marcel sine adversario virtus.
 Medicus garrulus ægrotanti secundus morbus est.
 Mediocritate seclusa, ubique malum.
 Medius locus semper tutus.
 Meliora sunt perfecta à natura, quam ab arte.
 Memoria improborum acer, ac contra bonorum.
 Mendacem citiùs capies, quam poplite tardum.
 Mendax ab hoste non differt.
 Mendax non est, qui falsum dicit, putans se dicere verum.
 Mentienti non est habenda fides.
 Mentiri nullo modo licet, verum licet occultare aliquando.
 Mente nihil dedit Deus homini divinius.
 Mente rectè uti non possumus, potionem completi, et cibo.
 Mille modis lethi miseris mors una fatigat.
 Minus sui compos est ira, quam ebrietas.
 Miseris parva est fides.
 Miserrima est fortuna, quæ inimico caret.
 Misericordia, quæ fit de exiguo, Deo placet.
 Mors à malis abducit nos, non à bonis.
 Mobilis, et varia fermè est natura malorum.
 Mærores hominibus pariunt morbos.
 Mortem cogita, ut mortem nunquam timeas.
 Mortem optare malum, timere pejus.
 Mori timet, qui post mortem vivere non sperat.
 Mors radicem ex peccato habet.
 Mortuus est, qui Deo non vivit.
 Mulier à muliere parùm distat.
 Muliere bona nil potentius.
 Multitudo sociorum criminis impunitatem non facit.
 Mundus hic non corpore, sed corde fugiendus.
 Mundus hic verus carcer est.
 Multorum medicorum visitatio, ægrotum sæpè perdit.
 Multi famam, conscientiam pauci verentur.
 Multitudo Imperatorum Cariam perdidit.
 Multa egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt.
 Multa naturaliter fiunt, quorum ratio nos latet.
 Mutare præterita nemo potest.
 Multùm legendum, sed non multa.
 Munera placant homines.
 Munera, quæ dantur, quocumque tempore prosunt.